Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0001-3

Rubr. XVIII. Nro. 25. A.

Gymnasial - Bibliothek

zu Cöthen.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0002-9

לקט אחר הקציר

i. e.

# SPICILEGIUM POST MESSEM

ἱστορουμένων

# DE HENRICO ZUTPHANIO,

primo, ante hos ducentos annos,
Reip. Bremenſis evangeliſta,
dein martyre Dithmarſico,

*HAC DISPUTATIONE JUBILAEA,*

ſub praeſidio venerandi ſui genitoris,

## D. GERHARDI MEIERI, primarii ad aedem Cathedralem Paſtoris,

hujus vicinarumque Superintendentis, Scholarchae,
nec non Conſiliarii Eccleſiaſtici, per Bremenſ. &
Verdenſ. Ducatus, Senioris,
in Regio, quod Bremam ornat, Athaeneo,

*AD DIEM XXIII. APRILIS,*

qui GEORGIO ſacer eſt,

*HORIS A SECUNDA POMERIDIANIS,*

inſtituet
filiorum ſuperſtitum natu maximus,

## HENRICUS GERHARDI MEJER,

auctor & reſponſurus.

---

BREMAE, typis Hermanni Braueri, Reipubl. Typogr.
Anno:
SaCra BreMae repVrgata ſVos HenrICo ZVtphanIo Debent ortVs.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0003-5

# THESES.

VIrium mearum qualiumcunque periculum facturo, aliquod ſimul ſpecimen induſtriae magis, quam eruditionis, ante diſceſſum in Academias, id quod Regii Athenaei leges imperant, edituro, plurimum creavit moleſtiae dicam, an afflictionis? optio then[illegible]is unius ex innumerabilibus. Pervolutis oppido ſpiſſis diverſarum diſputationum catalogis, illorum denique mihi quidem perplacuit inſtitutum, quibus nomina vel principis, vel patroni cujusdam, vel propria, disquiſitionis ſuppeditarunt argumentum. Etenim copia mihi facta fuit, oculis perluſtrandi Herm. Fried. Goeddaei *de Carolis*, a. Jo. Frid. Toelckii *de Antoniis*, b. Chriſtiani Iſerſtadii *de Nicolais*, c. Caſpari Henr. Starckii *de Godofredis*, d. Guilelmi Steinbachii *de Wagneris*, e. Jo. Alberti Fabricii *de Fabriciis*, Henr. Jonathanis Werenbergii *de Franciſcis*, f. aliasque id genus aliorum commentationes. g.

II. Horum igitur auctorum veſtigia preſſurus, occoeperam nonnulla memoratu digniora *de Mayeris atque Mejeris*, habita nominis mei gentilitii ratione, in chartam conjicere, quae ſuo tempore ſub publicum examen revocarentur. In his agmen duxiſſet Vir laude mea major & immortalitate digniſſimus, *D. Jo. Frid. Mayer*, generalis eccleſiarum, in citerioris Pomeraniae Rugiaeque Ducatibus, Superintendens, Stetini ante decennium fatis functus, cum quo Parenti meo, per quinque admodum & viginti annos, religioſa neceſſitudo, ſumma familiaritatis atque conſuetudinis ſuavitas, nec ulla locorum intercapedine, aut longis temporum intervallis, interrupta conjunctio interceſſit. Sed vaſtum nimis ingreſſus aequor, & penſi hujus pondera neutiquam laturus, mihi videbar, amplitudine argumenti, quod integri volumi-

a. *Marpurgi A. MDCCXVI.* b. *Sondershuſae A. MDCC.* c. *Erford. MDCCVII.* d. Lubec. *MDCCVIII.* e. *Witteb. MDCCXIII.* f. *In funus Franc. Eichfeldii Luneb. MDCCVII.* g. *Collegit poſt Mullerum & Struvium nonnullas Chriſtoph. Sam. Martini in Schediaſm. Hiſtor. Liter. p.* 6. 7. *Witteb. MDCCXVIII.*

minis, non autem unius hominis, nec arctis limitibus circumſcriptae diſputationis, opus eſt, confeſtim deprehenſa. Adhaec deterruerunt me nec pauca nec exigua παροράματα, in quae hoc quidem thema perſpicaciſſimum quemlibet agere poſſe praecipitem, ſuo *Joachimus Meierus* exemplo, in diſſertatione de Meieris, identidem teſtatum reliquit. h. His de cauſſis retro meis commeandum fuit cogitationibus ad poſterius nomen, quo, de fonte ſacro levatus, utor. *De Gerhardis* vero, vel genere, vel factis, vel eruditione claris, binis fuiſſet exponendum ſectionibus, quarum prior eos percenſuiſſet, quibus hoc nomen e baptiſmo haeſit, poſterior vero in lucem produxiſſet ab atavis idem, jure quodam quaſi hereditario, conſecutos. Inter illos primas jure meritoque tenuiſſet Reverendiſſimus Dominus *Gerhardus*, liberi & imperialis *Coenobii Loccumenſis Abbas*, eccleſiarum, totiusque cleri, in electoratu Brunſv. & Luneb., ultra quatuor & quadraginta annos, Director multo meritiſſimus, Vir nonagenario proximus, Patronus vel ipſa aetate provecta ſuſpiciendus & venerabilis, Ejusque ſiniſtrum clauſiſſet latus *Gerhardus Jo. Voſſius*, quem ſub Vulturii nomine, a Batavis repetito praenominis etymo, latere nonnunquam voluiſſe, doctos neutiquam latet. In his autem principatum detuliſſem *D. Johanni Gerhardo*, Theologo divinis in puriorem eccleſiam meritis perinclyto, i. hujusque filio, magnam itidem famam adepto, *D. Jo. Erneſto Gerhardo*. k. Verum enimvero neque hanc telam pertexere illi erat integrum, cujus ingenium ſolida hiſtoriae literariae notitia nondum etiam ſubactum eſt, nec ſuffectura biographorum lectione exercitatum.

III. Quamobrem nil erat reliqui, quam pedem ut verterem ad primum Henrici nomen, ex avo paterno in me derivatum, quod anſam præbiturum fuiſſet, quaedam notatu non indigna *de Henricis*, nomine ac re inſignibus, interpretandi. Veniebat e veſtigio in mentem recordari *Henrici Aucupis*, cui Quedlinbur-



h. *Antiquitatt. Meierianae. Gotting. MDCC.*

i. *Vitam hujus dedit M. Henn. Witte Memor. Theol. Dec. III. p. 392. ſqq.*

k. *Witte l.c. Dec. XII. p. 1593. ſqq.*

burgum ſe debere plurimum & nummis l. & ſcriptis fecit teſtatum, quamvis anceps hujus Ducis, judice Jo. Petro Ludewig, JCto, ſit hiſtoria. m. Hunc excepiſſent complures & Imperatores Romani, & Galliae, quibus infauſtum Henrici nomen fuiſſe Chriſtianus Dan. Stenderus auctor eſt, n. & Angliae Reges, Henrici nomine inſigniti. Neque ſilentio praeteriiſſem *Henricum Pium*, Sax. Ducem & Miſniae Marchionem, de quo ſtrictim expoſuit atque ſummatim Gottlieb Wernsdorff. o. Ab oblivione itidem vindicata fuiſſet memoria *Henrici Leonis*, Ducis Bavariae & Saxoniae, cujus res geſtas Conr. Sam. Schurtzfleiſch, p. ſigillatim iter Hieroſolymitanum Jo. Frid. Schmid, q poſteris tradiderunt. His adjunxiſſem Henricos doctrina ſcriptisque præclaros, *D. Henr. Hoepfnerum*, Prof. Lipſ., r. *D. Heinricum Eckardum*, Superint. Altenb., s. *D. Henr. Camerarium*, t. & *D. Henr. Kahne*, u. J. U. Profeſſores Roſtoch., *D. Henr. Hahnium*, Prof. Juris Helmſtad., x. *Henr. Fuiren*, Medic. D. & Prof. Hafnienſem, y. *Henr. Rumpium*, Paſt. & Prof. Hamb., z. *Henr. Mullerum*, D. & Prof. Theol. Roſtochienſem, a. &c. Verum a cariſſimo Patre monitus, me iter ingredi, cui emetiendo nimium eſſem impar, præterea *S. R. Dn. D. Henricum Pippingium* aliquot clarorum Henricorum chiliadibus, dudum collectis, ultimam, quod eruditi votis contendunt omnibus, fortaſſis admoturum

l. *Eminet inter hos argenteus, thaleri excedens magnitudinem, quem Abbatiſſa, Dorothea, Duciſſa Saxon., cum integra hujus fundatoris Abbatiae Quedl. effigie, A. MDCXVII. cudendum curavit.* m. *Henr. Auceps hiſtoria anceps. Halae Magdeb. MDCCXIII.* n. *Pecul. Diſſ. Lipſiae MDCCXVII.* o. *Witteb. MDCXCIV.* p. *Pecul. Diſſ. Witteb. MDCLXXV.* q. *Diſſert. Hiſtor. Geogr. Helmſt. MDCCXI.* r. *Witte l. c. Dec. IV.* 491. *ſqq.* s. *Witte Dec. V. p.* 549. *ſqq.* t. *Witte Mem. ICt. Dec. I. p.* 6. *ſqq.* u. *Witte l. c. Dec. II., p.* 376. *ſqq.* x. *Witte l. c. Dec. IV. p.* 469. *ſqq.* y. *Witte Mem. Med. Dec. II. p.* 193. *ſqq.* z. *Witte Mem. Theol. Dec. VII, p.* 885. *ſqq.* a. *Witte l. c. Dec. XV. p.* 1883.

rum eſſe manum, b. nolui in propoſito permanere, ſed illius potius, cui, juxta Deum, vitam & omnia a me deberi gratus profiteor, dictis audiens eſſe. Quocirca mihi Henrico, Bremae nato, ſtat ſententia, e Praeſidis conſilio ac ſuaſione, unicum meditari Henricum, cui inclyta Brema repurgatae religionis debet natales. Is vero eſt HENRICUS ZUTPHANIUS, qui in hac quidem urbe primus, ante haec duo ſecula, A. C. MDXXII., lucem evangelio foeneravit affuditque copioſam.

IV. Auctores compendii hiſtoriae eccleſiaſticae, quod in Gymnaſii Gothani uſum eſt conſcriptum, Henrico, quem dixi, *Johannis nomen* tribuentes, c. non poſſum non omnis & lapſus memoriae, & commiſſi erroris, immunes pronuntiare. Accidit alioquin haud raro, ut ſpuria nomina, loco genuinorum, etiam ſagaciſſimis, ſed animum non advertentibus, ſubrepant. Ecquis de prorſus divina Abrahami Calovii memoria ambigit? Attamen Hulſium, Theologiae Judaicae ſcriptorem, quem Antonium dicere debuiſſet, Abrahamum appellat. d. Imbecillitati non impari obnoxius fuit Theodoricus Hackſpanius, praenomen Samuelis Bohlii in Johannis convertens. e. Sed Zutphanius, cum ſacro baptiſmatis lavacro initiaretur, utique Johannes fuit vocatus, id quod fide chronici Dithmarſici, manu exarati, confirmat deſideratiſſimus Jo. Herm. ab Elswich. f. Monachus vero factus, inque Auguſtinianorum ordinem cooptatus, induit ſibi nomen *Henrici*. Eſt hoc in more poſitum Pontificibus Romanis, ut, occupata ſede, quam vocant, apoſtolica, priſtini nominis velut pertaeſi, novo vel Clementis, vel Innocentii, vel alio hujuscemodi, ſe compellari geſtiant. Horum ſolent imitari mores, monaſterium aliquod, miſſo ſeculi curis nuntio, ingreſſi. *Quis enim neſcit?* ita quaerit in ſui excuſationem Anton. Majoragius, *eos, quos appellamus Monachos,*



*cum*

b. *Facit harum mentionem in Ep. ad Lubecenſium Antiſtitem, D. Georg. Henr. Goetzium, qua ſemicenturiam biograph. ſelectam ipſi obtulit. Lipſ. MDCCIX. Add.* neuer Vorrath allerhand auserleſener Bücher. *P. I. p.* 82. c. *Lib. II. Cap. V. Sect. I. §. VI. p.* 739. d. *Bibl. Illuſtr. in Jeſ. LIII,* 13 *p.* 251. *a.* e. *Nott. Philol. Theol. P. I. in Ex. XX,* 3. *p.* 353. *ſq.* f. *Diſquiſ. de vero auctore hymni*: Hilff Gott/ daß mirs gelinge. *§. XIII. p.* 12. *Idem monet D. H. Muhlius, ex hiſtoricis Dithmarſorum necdum editis: Jo. Neocoro Buſemenſi, Jo. Dethlevo Windbergenſi, & Anonymo quodam. Diſſertatt. Hiſtor. Theol. p.* 414.

*cum in religioſorum conventus & coenobia transmigrant, vetera nomina deponere & alia nova ſumere.* g. Quem vero in finem Zutphanius maluerit, frater Henrich, quam Johannes, ſalutari? nulla conſequi poſſum conjectura. Hoc ſane permulto ſignificantius eſt nomen, h. quam illud, quippe quod, Matthaeo Dreſſero interprete, *idem eſt, quod domi dives, vel agrum ſuum colens.* i.

V. Utrum circa idem tempus, an interjecto quodam intervallo, *Mülleri* quoque ex majoribus acceptum *cognomen* migraverit? non habeo certum. Enimvero & haec conſuetudo a moribus religioni ſe addicentium haudquaquam eſt aliena. Equidem de Zutphanii origine ac *ſtirpe* rogato reſpondendum omnino eſt: Non liquet. At Mülleri tamen eundem gaviſum fuiſſe cognomine, Elswichius, quem modo laudabam, teſtimoniis comprobatum dedit & Cornelii Hamsfort, k. & Reſenii, l. & Chriſtiani Kortholti. m. Addit D. Henr. Muhlius n. teſtem quartum, Cramerum, nihilominus *veretur, ut luculentis ſatis id evinci poſſit documentis.* o. Nolim inter hos mihi partes ſumere arbitri, tum quia res levis momenti eſt, tum quia ſolus Henricorum Müllerorum, nomen ſuum in eruditis profeſſorum, numerus injicere poterat trepidationem, & meditationum fructu me privare.

VI. Album vero huic ſententiae calculum adjiciunt omnes, quod *Zutphanius* fuerit dictus a patria, ex qua, circa octavum & octogeſimum ſeculi XV. annum, oriundus erat. Ea enim aetate nihil erat frequentius, quam viros, ſermonis hominum celebritatem conſecutos, a locis, ubi vel nati erant, vel educati, adſciſcere cognomen. Liquido illud cuilibet conſtiterit, qui Deſiderio Erasmo, Roterodami, p. J. Bugenhagio, Pomerani, q. Andreae Bodenſteinio, Carolſtadii, r. Joh. Mullero, Regiomontani, s. & noſtrati Joh.

g. *Orat. X. p.* 218. h. *Edm. Caſtelli Lex. Heptagl. col.* 1298. *ſq. & Matth. Hilleri Onomaſt. Sacr. p.* 532. 552. 855. i. *Iſag. Hiſt. Millen. V. p.* 411. *marg.* k. *Hiſtor. Ditmarſiæ A. MDLXXIX. conſcripta, ſed nondum edita.* l. *In Luthero triumphante. Add. Jo. Mülleri Iſag. in H. L. C. p.* 631. m. *H. E. Sec. XVI. ſect. II. §. XXXI. p.* 741. n. *Diſſertatt. Hiſtor. Theol. p.* 397. o. *l. c. p.* 413. p. *Ap. biographos Eraſmi, ordine alphabetico digeſtos a D. J. A. Fabricio, Exercit. Crit. de Religione Eraſmi. p.* 20 *ſqq.* q. *Chriſt. Frid. Laemmel. Hiſtor. Bugenhag. p.* 37. *ſqq. Hafn. MDCCVI.* r. *Melch. Adami Vit. Germ. Theol. p.* 80. s. *Adami Vit. Germ. Philoſ. p.* 3.

Joh. Timanno, Amſterdami, &c. cognomen haeſiſſe, cum animo putaverit ſuo. Neminem autem, ex mappis geographicis, topographiis & hiſtoria literaria, praeterit, urbem Zutphaniam, juxta cum comitatu Zutphanienſi, in Geldria ſitam eſſe, nec paucos dediſſe orbi erudito literarum vindices, qui patriam ſuam gloriae ſempiternae commendarunt. Suffecerit ex horum numero nominaſſe *Gerhardum Zutphanienſem*, cujus non obſcurum in hiſtoria eccleſiaſtica ſeculi XIV. nomen eſt, t. &, grande hoc coeli depoſitum, Henricum Zutphanium.

VII. Fac vero, nullo natalium ſplendore, nullis neceſſitudinibus, affinitate nulla, Henricum noſtrum eſſe memorabilem, quinimo dici propemodum de ipſo poſſe, quod Seneca de Rege Romano pronuntiavit: *Anci pater nullus:* u. Invidendis tamen elogiis hic ex ſe natus a magnae fidei atque auctoritatis viris eſt mactatus. Megalander Lutherus vocat eum *Bremenſium Evangeliſtam*, in quo Deus ſpiritum & virtutem ſuam manifeſte probarit. x. A Philippo Melanchthone dignus encomio *viri optimi, & excellenti ingenio, & doctrina, & pietate praediti*, eſt habitus. y. Idem Philippus exoptavit, ipſum ſibi dari collegam aut adjutorem:

*O dilecte mihi ante alios, Henrice, laboris*
*Nunc partem noſtri te tolerare velim.* z.

Chriſtianus Kortholt eundem commendat, ceu *animoſum ſincerioris doctrinae profeſſorem*. a. Quapropter *bonus* erat *Henricus*, poſſentque complures herbae, hoc nomen gerentis, b. virtutes, ſi propoſiti exigeret ratio, ad ipſum transferri. Ne Reformatis quidem inviſa eſt & odioſa Henrici Zutphanii perſona. Fidem aſſerto minime dubiam fecerit mentio ipſius honorifica, quam & David Pareus, c. & Wilhelmus Zepperus, d. fecerunt.

VIII. Quo-

t. *D. Jo. Andr. Schmid. Comp. H. E. p.* 364. u. *Ep. CVIII. p.* 835. *ed. Genev. MDCLXV*, 8. x. *T. II. Epp.* Lutheri *p.* 252. *ſqq. & T. III. Jen. Germ. f.* 28. *a. b.* y. *Comm. in Dan. XI. P. II. Opp. p.* 506. *& IV. p.* 205. *f.* z. *In epicedio, quod ejus martyrio honorique dicavit.* a. *Hiſt. Eccl. Sec. XVI. Sect. II. §. XXXI. p.* 741. b. *D. Jo. Phil. Eyſelii Diſp. Medica de bono Heinrico. Erford. MDCCXIV.* c. *Ep. Dedic. ad Mag. Brem., commentario in ep. ad Corinth. praefixa.* d. *Dedic. ad Mag. Brem. Sylvae Homil. in textus dominicales.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0009-2

VIII. Quomodo *pueritiam* primamque transegerit adoleſcentiam, ingenue fateor, me neſcire. Altum enim de hoc argumento apud ſcriptores fide dignos eſt ſilentium. Haud dubie a puero in animo ipſius ſeſe prodiderunt quidam igniculi, & quaſi ſemina, virtutum, ex quibus capi potuiſſet futurae meſſis praeſagium. Solet enim praepotens Numen, donis ab incunabulo excellentioribus ornare magnis rebus deſtinatos. Sed iſtiusmodi dotes ſilentio involvunt invidi, aut inexpiabili ſcelere pervertunt, ſi anſa poſſit arripi, apoſtaſiam ad hæreticos criminandi. Ecquis igitur ſincerum de Zutphanio, puero & *adoleſcente,* teſtimonium, a fidei, quos tunc habebat, domeſticis præſtolabitur? Attamen videor mihi propius contueri, quam alacris, ſub initium ſeculi XVI., *Auguſtinianorum* induat habitum, adhaec verticem radi, comam praecidi, &, quae id genus alia ſunt, ſibi fieri, ex ordinis iſtius praeſcripto, curet. Nec improbare poſſum conſilium, quod, animo ad religioſum aliquod ſodalitium applicato, coenobium & fama & nomine Auguſtini celeberrimum, Antwerpiae, fuit ingreſſus, Dei potius demiror proviſionem, novum, poſt Lutherum, evangelii aſſertorem ex Auguſtinianis excitaturam. Quem vero ſe in monaſterio geſſerit, & quam longo intervallo poſt ſe ſuos reliquerit commilitones, ex eo acute arguteque conjiciamus licet, quod graecis pariter atque latinis ſtuduerit literis, philoſophiae, aſtronomiae praeſertim ac phyſicae, ſe dederit excolendum, prae ceteris vero ſacris literis ſuum inſtituerit animum, atque hinc titulo *Prioris* non vulgari ſuis praefuerit ſodalibus, quando ſalubre capiebat conſilium, quae viam ad amplectendam puriorem veritatem praemunirent, cognoſcendi ſolidius. e.

IX. Scilicet fama de divina per Lutherum reformatione biennio ante, & quod excurrit, percrebuerat, & longe lateque, Antverſam usque, ſeſe in ora virûm, in primis *Jacobi Praepoſiti,* diffuderat. Qua commotus Zutphanius *iter Wittebergam* A. MDXXI. cepit ingredi, Lutheri, Doctoris Auguſtiniani, inviſendi gratia. Crebræ ſolent monachorum eſſe excurſiones, quocir-

e. *Abrah. Schulteti Annal. Evangelii Sec. XVI. per Europam renovati ad A. MDXXIV. p. 63. a. ed. Hardt. MDCCXVII.*

circa non habeo ſatis exploratum, utrum prima, an iterata, vice illo ſe contulerit? Equidem nullam Jacobo Brocardo, cum Luthero Zutphanium in monaſterio eodem vixiſſe, affirmanti, f. movebo litem, at de hujus contubernii tempore certior reddi pervelim. Venit autem in almam Leucoream, quarto poſt inchoatam ſacrorum emendationem anno, Luthero acceptiſſimus, qui ante abitum, primo in theologia honore, Baccalaureatum nominant, ipſum impertitus eſt, g. rem iſtam prudenter moderante, D. Petro Lupino, Radhemio, Cuſtode, cui, praeceptori ſuo, Thaumaſiander aureum in Epiſtolam ad Galatas commentarium inſcripſit. h. Neque Melanchthonem poenitet, quod Zutphanium coram conſpicari fuit integrum. His enim eundem, Chriſtum vitae ſuae praeferentem, elegiis condecoravit:

*Hic, ubi diviſo Batavorum eſt inſula Rheno,*
*Sudphaniam in ripa, dure Sicamber, habes.*
*Haec tulit Henricum civem, quem vidimus ipſi*
*Florentem ſtudiis, ingeniique bonis.* &c.

Quas vero propoſitiones pro baccalaureatu ventilavit, easdem Archiepiſcopo Bremenſi, concilioque, illius auctoritate Buxtehudam coacto, A. MDXXIII., ſed in linguam Bremenſibus familiarem converſas, offerendas curavit, numeris tamen theſium aliter nonnunquam diſpoſitis, atque decima quinta Wittebergenſium propoſitionum, de natura, conſilio dicam an caſu? omiſſa. Continent illae luculentum a Luthero repurgatarum veritatum compendium, de peccato & corrupti hominis natura, de lege, evangelio, fide, & caritate. Sunt eaedem non multo poſt A. MDXXVI. Bremae excuſae, dein primis Lutheri diſputationibus, Witteb. A. MDXXXVIII. ab Johanne Lufft inſertae: Si quis harum legendarum flagrat deſiderio, leniverit illud atque expleverit D. Muhlius. i.

X. Utrum vero Wittebergenſe iter Zutphanio ſubminiſtraverit occaſionem, Dordracum divertendi? An junior fixum

 ibi-

f. *Praef. Myſticae & proph. libri Geneſeos interpret. y. 2.* g. *Lic. ab Elsvvich. l. c. §. XIV. p. 13.* h. *T. I. Opp. Lat. Jen. f. 326. b.* i. *Diſſertatt. Hiſt. Theol. p. 459.-472.*

ibidem aliquandiu invenerit domicilium? idoneis definire actorum documentis, in proclivi non eſt. *Antverſam* autem Witteberga *reverſum* eſſe, annalium teſtantur monumenta, & res ipſa loquitur. Reduci facto nihil fuit prius, antiquius nihil, quam optimi ſervatoris dicto: *Converſus confirma fratres tuos*, k. audientem eſſe, cum alios, tum maxime ſodales, quorum ephorus erat, impigre dogmatibus imbuere defaecatioribus, & telam, quam Jacobus Praepoſiti exorſus, ſed abrumpere coactus erat, pertexere pro virili & citra trepidationem. Deterrere virum ab inſtituto potuiſſent aſperiora Jacobi, anteceſſoris ſui, fata, verum ſumma, quam praepotenti Numini debitam praeſtabat, reverentia, ne animam pariter atque corpus in gehenna perderet, metum ſuperavit excuſſitque omnem, ab iis incuſſum, qui ſolum poterant corpus tradere internecioni. l. Viſum nihiloſecius fuit rerum omnium moderatori, in hoſtium evangelii infenſiſſimorum moliminibus aliquantiſper connivere, ipſisque indulgere facultatem, in Zutphanium effundendi *carcerem*, illum ſceleris alioquin vindicem. In hunc conjectus, Lutheranam haereſin, quae impudentia oris Cochlaeani ejusdemque commentum eſt, procul dubio e confuſione hiſtoriae Probſtiani & Zutphaniani carceris originem trahens, haudquaquam ejuravit, nec poſt palinodiam cantatam, quas ineptias Abrahamus Bzovius m. & Surius n. ſomniarunt, relapſus eſt, ut duriori foret carcere opus.

XI. Habebatur tunc temporis Dominae Margaretae, quae ſummo per Brabantiam magiſtratu fungebatur, captivus. o. Ad articulos ſibi propoſitos, & a Luthero memoriae proditos, p. cum reſpondiſſet ſatis intrepide, nec titubanter, ultimo afficiendus ſupplicio judicabatur. Sed in praeſentiſſimum vitae diſcrimen adductum, vi quadam coelis gratiſſima, nonnullae *mulieres*, quae ex ejus ore pependerant, *liberarunt*, de quo Lutherus ad Wenceslaum Lincum perſcripſit laetiſſimus. q. Abiit ergo, exceſſit, eva-

k. Luc. *XXII*, 32. l. *Matth. X*, 28. m. *Contin. Baronii ad A. C. MDXXIV. §. XXX. p.* 536. n. *Comment. rerum in orbe geſtarum. p.* 133. o. *Luth.* T. *III. Jen. Germ. f.* 31. *b. & Abr. Schulteti Annales ad A. MDXXIII. p.* 59. *ed. Hardt.* p. *T. II. Epp. p.* 145. *ſqq.* q. *Vit. Lud. a Seckendorff de Lutheran. L. I. Sect. LXI. §. CLXIX. p.* 295.

evaſit, erupit Zutphanius, cujus martyrum corona alteri loco, & in aliud tempus, reſervabatur, at vero integrum Auguſtinianorum, quod Antwerpiae illuſtre erat, *monaſterium*, A. MDXXII. menſe Octobri, *everſum* eſt penitus, exturbatis monachis, quorum alii aliis locis captivi, alii, abnegato Chriſto, dimiſſi, alii in domum Beghardorum detruſi ſunt. Praeterea divendita vaſa monaſterii omnia, venerabile, prout loqui amant, e coenobii templo, haud ſecus ac e loco hæretico, cum pompa in beatae Virginis eccleſiam translatum, & a Domina Margareta ſuſceptum honorificentiſſime, adhaec aliquot cives, hi poenis, illi mulctis, ſubjecti ſunt, & mulieres, facti duces, miris modis, ut fieri aſſolet, divexatae.

XII. Quapropter Zutphanienſis, A. MDXXII. Brabantia relicta, *Bremam* aufugit dicam, an arcana quadam fatorum vi pertractus eſt? non commorandi ſedem quaerens, ſed Wittebergam denuo petiturus. At enimvero precibus contendebant intenſiſſimis cives ſpectatiſſimi, Speckhanius, Eſichius, Fullgrevius, Hilmerus, Munſterus, alii item, ut concione quadam publica viam, qua ad aeternam tenditur ſalutem, ſibi ſuisque commonſtraret. Annuit petitis advena, *in Ansgarii ſacello, ipſa ante Martini ferias Dominica,* ejusmodi habens ſermocinationem, quae, occulta ſanctiſſimi Spiritus virtute auditorum animos penetrans, famem atque ſitim accenderet magis, quam reſtingueret. Exorabant igitur alteram *in ipſa aede Ansgariana* orationem ſacram, in ſpem minime dubiam ſubſecuturae ad publice docendi munus vocationis ipſum erigentes. Submittebat facilis oneri novo, ad temporis aliquod ſpatium, r. humeros, literis, quas obedientiales vocant, a Wenceslao Linco, ſui ordinis Vicario, per Lutherum acceptis. Teſtem habeo Melanchthonem, quod *in eccleſia Bremenſi evangelium pure docuerit, & ſuo ſit munere defunctus modeſtiſſime.* s. Idem in epigrammate, quo martyrium Zutphanii condecoravit, has fudit voces:

*Hoc doctore, iterum Bremenſi inclaruit urbi,*
*Unius Chriſti munere parta, ſalus.*

 Neque

r. *Luth. T. III. Jen. Germ. f.* 30. *a.* s. *In Dan. XI P. II. Opp. p.* 506. *& in Rom. XV. P. IV. p.* 205.

Neque ſum ambiguus, quod Lutherus ſacrae ſcripturae oraculis congruenter docentem pro ſuo habuerit diſcipulo genuino, atque conſtanti ſit amore complexus.

XIII. His de cauſſis nequeo ſatis demirari, a Johanne Lomejero, in Zutphania ſua, *labem anabaptiſmi* Zutphanio noſtrati propterea adſperſam eſſe, quod Anabaptiſtarum interfuerit conventui, in Weſtphalia ad oppidulum Bucholtiam, concordiae inter ipſos conciliandae gratia, celebrato, ſcribae munus obeunte Davide Georgio. Sed num potuit ſynodo, demum A. MDXXXVI. menſe Auguſto habitae, ſe ſiſtere praeſentem, jamtum A. MDXXIV. igne combuſtus? Num adeo manifeſte temporum erant rationes convellendae? At palmam porrigit, levioremque Zutphanio dicam ſcribit Lomejerus, eundem erroribus horum fanaticorum nuntium miſiſſe, profeſſus. Gravior aliquanto adverſaria D. Val. Ern. Loeſchero a quodam antagoniſta fuit conſtituta, audacter pronuntiante, u. Zutphanium minime fuiſſe γνησίως *Lutheranum*. x. Quotquot autem confeſſionem doctrinae, ſive propoſitiones a Zutphanio Wittebergae defenſas, dein Archiepiſcopo Bremenſi exhibitas, quarum mentio §. IX. injecta eſt, non populari trutina, ſed aurificis ſtatera, examinant, quod a D. Muhlio factum recordor, y. non poterunt non ſuos firme ſuſtinere ac ipſi denegare aſſenſus. Ne in hymni quidem: Hilff Gott/ daß mirs gelinge/ ſi vel maxime auctor illius ſtatuatur, verſu XI, modo cum V. contendatur ὀρθοδοξίαν laeſit, quamvis aeque clara luce, ac Lutherus poſt ejus obitum, circumfuſus non fuerit.

XIV. Ex modo commemoratis liquido & ultro conſequitur, hunc ipſum, quem per Dei gratiam tranſigimus, *annum ſecularem* eſſe *evangelicum*, a reformatione, *Bremae* Dei virtute atque auſpicio inchoata, *ſecundum*, jubilis excipiendum Deo gratiſſimis & convenientiſſimis, nec ſine quotidianis gratiarum actionibus exigendum ab omnibus, qui jucundiſſimam coeli lucem fallacibus praeferunt tenebris, juſtumque ſtatuunt pretium

ſacris

u. *Auct.* der Erwegung *p.* 281. x. *D. V. E. Loeſch. Hiſt. Mot. P. II.* p. 166. y. *Disquiſ. ſeculari de H. Z. Propoſitt. Kil. A. MDCCXVII.*

ſacris ad aeternam felicitatem perducturis. Hunc ipſum annum, qui ante duo ſecula effluxit, Senatus Bremenſis grata cuſtodivit memoria, eidemque religionis emendatae natales aſſignavit, literis, A. MDLX. ad Archiepiſcopum Georgium datis, teſtatus, majores ſuos ante XXXVIII. annos, en annum reformationis Bremanæ MDXXII! ex amore ſalutis fidem recepiſſe. z. Sane rerum eccleſiaſticarum ſcriptores unanimis ſuffragiis comprobant, anno, quem dixi, renatum Bremae evangelium deberi. Audiamus *Seckendorffium: Bremae A. MDXXII. docuit Henricus Zutphanienſis, Auguſtinianus Antwerpienſis, carcere elapſus.* a. Benevolas itidem aures praebeamus *Godofredo Arnoldo:* In Bremen fieng ſich ſchon die Aenderung im Jahr 1522. an/ - zu allererſt hatte daſelbſt Henrich von Sütphen zwey Jahr lang geprediget/ und von den Pfaffen viel ausgeſtanden. b. Ex hoc denique anno *Brema* hanc nominis celebritatem eſt conſecuta, quod *primis accenſeri mereatur civitatibus, cervicem ſuam* mitiori *Servatoris jugo,* excuſſo hominum graviori, *ſubmittentibus.* Teſtem hujus aſſerti excito *Bugenhagium,* A. MDXXXIII. ad Bremenſem Senatum Witteberga, ipſo exaltationis crucis die, haec perſcribentem: Bremen hat mit den erſten die reine Lehre des Evangelii angenommen/ wider der Pfaffen Irrthümer und Verführungen. c. Hujus claudat latus teſtis alter, pari fide dignus, *Tilemannus Heshuſius,* qui inclytae Reipubl. Magiſtratui A. MDLX. VII. Sept. hoc urbis elogium in memoriam revocavit: Bremen war unter den Städten in Teutſchland faſt die erſte/ ſo/ nach Wittenberg/ das liebe Evangelium angenommen. d.

XV. Eodem anno MDXXII. cepit Hermannus Taſtius, vicarius, Huſumi Holſatorum orthodoxa concionari, e. Francofurto quoque ad Moenum, Erfurto, Serveſtae, Wratislaviae, Au-



z. *Rehtmejer Hiſt. Eccl. Brunſv. P. II. p.* 503. a. *Luther. Lib. I. Sect. LV. §. CXXXIX. p.* 240. *b.* b. Kirchen- und Ketzer-Hiſtor. *P. II. Lib. XVI. c.* VII. *§. XII. v.* 69 c. Brem. Kirchordnung *A. iij. b.* d. *in tract. contra Hardenberg,* daß Chriſti Leib und Blut im Ab. gegenwärtig. *Dedic. B. II. b. f.* e. *D. H. Muhlii Comment. Hiſt. Theol. de Reform. Relig. in Cimbria. p.* 35.

guſtae Vindelicorum, Gedano atque Norimbergae, lux evangelii purior affulſit. f. His vero omnibus palmam praeripuerunt Zwickavium ſive Cygnea, Goslaria, & Wormatia, quae jamtum A. MDXXI. ex errorum nebulis ſunt eluctatae. g. Svecia itidem ante, quam Brema, dogmata ſcripturae per Lutherum integritati reſtituta, A. MDXXI., ſuſcepit, cujus negotii convincere rudiores poteſt ſolenne jubilaeum, anno ſuperiori in regno univerſo, etiam Bremae, in aedibus *Illuſtriſſimi Comitis de Gyllenborg*, concelebratum. Annalium igitur ſeriem perturbat Bzovius, de Lutheranae haereſeos, prout loqui amat, fundatione in Svecia demum ad A. C. MDXXIII. memorans. h. Suffecerit Bremae, receptis ſalutaribus doctrinis, & integrum Daniae Norwegiaeque regnum, & Stadam, & Magdeburgum, & Lunaeburgum, & Hamburgum, & Brunopolin, & Mindam, & Lubecam, & Hanoveram, & Lipſiam, & Miſniam, & Dresdam, & Hildeſiam, & Wurcenam, & Martisburgum &c. praevertiſſe. i.

XVI. Laudi praeterea ſibi vertunt, idque haud injuria, Bremenſes, quod *nullius epiſcopi, aut decani aut canonici, adminiculis*, ſed ſuo, ut dicitur, marte, religionis mutationem in melius procurarunt. His enim aliquando vocibus, citra omnem jactationem inſolentiamque, uſus eſt ampliſſimus Magiſtratus: Die gute Stadt hat / ohne Zuthun der damahligen Herren Biſchöffe und Thum-Capitels / welche ſich vielmehr dem entgegen geſetzet / bey dem zu Anfang herfürleuchtenden Licht des Evangelii / die Religion allhie eingeführet. k. Neque debito privanda eſt encomio ſumma *prudentia*, quam ſaepe laudatus *Magiſtratus* ad eccleſiae ſalutem impertivit, Zutphanium adverſus clandeſtinas, quibus circumveniri capique potuiſſet, inſidias tuendo, in paroeciae Ansgarianae aediles civesque primarios nonnihil oneris devolvendo, clericorum im-

f. *Arnoldi* Ketzer-H. P. I. *Lib. XVI. c. VII. §. VII. IX. XIII. XIV. p.* 66 70. g. *Arnold. l. c. cap. VII. §. IV. XI. XIV. p.* 68. 70. h. *T. XIX. Annal. Ecleſ. §. X. p.* 490. *ſq.* i. *D. Ern. Sal. Cypriani Hilaria Evangelica paſſim, in programmat. & concionibus, primordia reformationis locorum, ubi edita ſunt, memorantibus.* k. E. E. Raths *Deduction* wider die *A.* 1638. den 23. *Sept.* geſchehene Einſetzung der Thumprediger. *p.* 52.

impetus moderando, ipſam ~~denique~~ Archiepiſcopi perhumaniter declinando indignationem, l. molimina denique A. MDXXIII. deſtruentium coenobium, S. Paulo ſacrum, non volendo. m. Rem omnem, prout geſta eſt, longo percenſet ordine Renneri Chronicon Bremenſe MStum, ea gratia huic annexum diſſertationi. Silentio autem praetereundus non eſt Dei digitus, ſe manifeſto ſatis exerens, dum a clero in Zutphanii conciones ablegatis, ἵνα αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ, n. amorem infixit adeo fervidum, ut, nulla incommodorum formidine deterriti, ſuis teſtatum facerent ſuperioribus, daß Hinrichs von Zütphen Lehre und Predigt die Warheit und von Gott ſey/ dero niemand widerſtehen könnte/ denn ſie ihr Lebelang von keinem Menſchen ſolche Lehre gehöret hätten. Derohalben ſie von ihrem Böſen abſtehen/ und das Wort Gottes nicht verfolgen/ ſondern gläuben ſollten/ daß ſie ſelig wurden. o.

XVII. *Coram concilio provinciali,* ideo, praeter receptam conſvetudinem, *Buxtehudae* habendo, ne ullus ſanguinariis conſiliis obex poneretur, Zutphanius cum praelatis doctisque totius epiſcopatus omnibus, ab Archiepiſcopo citatus, *nullus comparuit,* praeſentiſſimi vitae periculi, quod aditurus eſſet, ab auditoribus, quibus viri eloquentia, candor, bene merendi ſtudium juxta cum orthodoxia, in pretio erant, commonefactus candidiſſime. Archiepiſcopo tamen, literis ad ipſum ſupplicibus datis, quibus theſes, dogmata ſua complexas, adjunxerat, ſe voluit excuſatum, recipiens ac ſpondens ſanctiſſime, ſe quemlibet errorem, cujus e ſacris literis coargueretur, quam ocyſſime depoſiturum. Sed loco reſponſi, cujus eliciendi non dabatur copia, Papae Leonis X. bulla & Sac. Caeſ. Majeſtatis Wormatienſe mandatum, quod Lutherus typis exſcribendum curavit, p. valvis templi cathedralis affigebantur. q.

XVIII. In ſacrorum laborum curarumque, pro acquirendis Chriſto animabus ſuſceptarum, ſocietatem ſibi Zutphanius, lubens &

l. *Luth. T. III. Jen. Germ. f. 32. b.* m. *Ex Chron. Brem. MSt. P. II. p. m. 51. ſqq. David Chytraeus Chron. Sax. L. VIII. p. 23.* n. *Matth. XXII, 15.* o. *Luth. l. c. p. 32. b. & Renneri Chron. Brem. MStum.* p. *T. I. Altenb. p. 736. ſq.* q. *Luth. T. III. J. G. f. 32. b.*

& absque invidia omni, adjunxit *Jacobum Praepoſiti & Joh. Timannum,* Amſtelodamenſem, duumviros, quorum nomina & merita, in haud ingratorum Bremae incolarum animis, oblivione conterentur nulla, nullaque vetuſtate obliterabuntur. Horum opera & conſilio, Deo piis inſtitutis proſperrimos largiente ſucceſſus, arduum reformationis negotium tantas acquiſivit vires, ut A. MDXXV. *Latini hymni,* ne imperitum linguae Romanae vulgus ſine mente ſonos daret, cum germanicis commutarentur, *Miſſae* celebratio ex omnibus templis cathedrali excepto, tolleretur, & *calix* ſanguinem Servatoris ſitientibus redderetur, monachis Dominicanis, in adverſum nitentibus, urbe tota excluſis. r. Anno MDXXVIII. nonnulla *occluſa ſunt coenobia,* & Auguſtinianum in *gymnaſium,* cujus flos etiamnum illibatus eſt, converſum. Tandem miſſa, & hujus generis alia, in templo quoque cathedrali, *A. MDXXXII., die Palmarum,* fremente licet atque indignante Archiepiſcopo, celebrari deſierunt, s. *Jacobo Praepoſiti,* eccleſiae Bremenſ. Superintendente, *in aedem cathedralem ad ſuggeſtum deducto,* impoſitoque ſacrificulis, ſacros ritus ſuos nondum etiam in choro intermiſſuris, ſilentio. t.

XIX. Erat autem *Jacobus Praepoſiti,* ſic ſuum exarare nomen ſolitus eſt, cujus iterata jam tum injecta eſt mentio, natione Flander, * profeſſione Auguſtinianus, genuinus Lutheri diſcipulus, dein *Prior Antvverpienſis.* u. Nominis quidem celebritate ac diuturnioribus de rep. Bremenſi meritis Zutphanium admodum exſuperavit: At primas tamen partes huic, nequaquam illi,

r. *Alb.* zum Felde *Analecta Diſquiſ. de rebus ſacris eccl. & liter. p.* 145. *Arnoldi* Ketzer-Hiſt. P. II. Lib. *XVI.* c. VII. §. *XII.* ſp. 69. *Seckendorff. Comment. de Lutheran.* L. I. S. CL*XV*III. §. *V*III. *p.* 295. s. *Dav. Chytraei Chron. Sax.* P. II. L. *VIII. ad A. MDXXXII. p.* 186. t. *Chytr. l. c. p.* 189. * *Bzov. ad A. C. MDXXIII. §. XVII. p.* 513. u. *Seckend. Lutheran. Suppl. ad Ind. I. hiſtor. n.* LXI. *Virum pure Chriſtianum vocat* Eraſmus. *Ep. ad* Luth. *III. Kal. Jun. A. MDXIX.*

illi, Bremae debet reformatio. Etenim circa annum demum MDXXIV., Zutphanii ſuaſu & inſtinctu, Bremam eſt vocatus, id quod Lutherus, literis menſe hujus anni Majo datis, aperuit Spalatino: *Bremenſes proficiunt in verbo, dum jam vocarunt Jacobum noſtrum Sperenſem*; Sprengii quoque ſive Sprengeri cognomento eſt ſalutatus, *pro evangeliſta in alteram eccleſiam*, ſc. beatae virginis Mariae. x. Quibus antehac in Belgio ſiniſtris atque horridis jactatus fuerit fatis, in apricum produxit *hiſtoria utriusque captivitatis*, propter verbum Dei ſuſtinendae, quam philyris duabus compraehenſam, una cum epiſtola ſua ad auditores Antwerpienſes publici juris fecit. y. Summam ſcripti, plus ſimplici vice perlecti, nequeo paucioribus, nec candidius, ac a Seckendorffio factum eſt, z. complecti: *Narrat, ut, perſvaſus a Franciſco van der Hulſt, d. 6. Dec. 1721., Bruxellas venerit, ibique a Franciſco illo, item a Glapione, confeſſario Caroli, & duobus Hiſpanis aliis, Ludovico Coronel & Joh. Quintana, Lovanienſibus etiam, Latomo & Nicolao Egmondano, auditus, minisque & perſvaſionibus, Cancellarii in primis, viri placidi, ſubactus, publice revocaverit, dein cum Ypris iterum evangelicas conciones haberet, denuo in carcerem conjectus, inde effugerit, miram vero hominum illorum truculentiam & importunitatem refert.* Unum addere liceat, quod, commiſſariis in Hollandia pios vexantibus, divino nutu, & cujusdam fratris auxilio, *carcerem*, ipſius Praepoſiti verbis utor, *illaeſus exierit*, & hoc pacto eorum evaſerit manus, a. ſuos vero auditores, Antwerpienſes inprimis, literis compellaverit, ut ſolo Dei verbo niterentur, ſacrilegam autem Jacobi ſui a Chriſto & verbo ipſius prolapſionem, neutiquam principiis evangelii nullo modo vacillantibus adſcribendam, ſed ſoli ignis, exterminandaeque propter Praepoſitum, quod Papaei meditabantur, Antwerpiae, timori tribuendam, ne imitarentur. b. Bremenſibus A. MDXXV. a Luthero de meliori commendatus, c. anno autem ſubſequenti, a ſacrificulo laceſſitus, luci dedit librum *de fide & operibus*, ad refutandos omnium aeta-

 tum

x. T. II. Epp. p. 205. y. *Latino idiomate Bremae A. MDXXII. in forma quarta. Sed a Pio IV. & Sixto V. inter libros probibitos relata eſt.* z. *Lutheran.-Suppl. ad Ind. I. Hiſt. n.* LXI. a. *In Hiſtoria utriusque captivitatis* B. *iij. a. m.* b. *l. c. A. ii. a.* B. *iii. a.* B. 4. *a.* c. *Tom. III. Jen. Germ. f.* 30. *b.*

tum adverſarios, judice *D. Jo. Georgio Neumanno,* ſuffectu-rum. d. A. MDXXVII, ejus ſvaſu, Johanni & Catharinae dicata monachorum domicilia in uſus pauperum ſunt converſa, & quae ſunt hujuscemodi alia. Concordiae tamen atque tranquillitatis ſtudioſiſſimo non fuit integrum, continua Bremae agere halcyonia, ſed dira eſt complura expertus. e. Cogitationibus vero de ſtatione, ob coinquinatos auditorum mores, deſerenda, obſtitit Lutherus, datis ad eum dehortatoriis. f. Quapropter nullum Brema movit pedem, ſed, reportata ab Hardenbergio victoria, & rude donatus, A. MDLXII. ad diem XXX. Junii placide in Chriſto obdormivit. Procul igitur errat Abrah. Bzovius, Jacobum Praepoſiti ipſis Junii Cal. exuſtum comminiſcens. g.

XX. Henrico Zutphanio, aetate multo inferiori & annos admodum ſex & triginta nato, extrema iſtiusmodi fuerunt ſubeunda. Miſerat olim Brema Dithmarſis Willericum, ſive Wilharium, primum doctrinae Chriſtianae praeconem, qui eccleſiam oppidi Meldorpienſis frequenter viſitaverat. Hujus beneficii haud immemor *M. Nicolaus Boye,* Paſtor Meldorpienſis, cui religionis emendatio cordi erat atque curae, inito cum primariis conſilio, Brema Meldorpium accerſivit Zutphanium, evangelii veritatem publice docturum. Paruit vocationi Zutphanius, inſuper habitis auditorum, optime ipſi cupientium, diſſvaſionibus, quibus & ſtatus eccleſiae Bremenſis nondum etiam ſatis confirmatus, & pericula vitae a Dithmarſis expectanda, robur addebant. Reſpondit autem Zutphanius, Bremae non deeſſe, vices ejus in evangelii praeconio ſuſtenturos, nec aequitati eſſe congruum, ſe Bremae in deliciis vivere, Dithmarſis interim animarum facientibus jacturam, nec ſeſe ſui ſanguinis ſubterfugere effuſionem, modo evangelii veritas eodem poſſet obſignari. Ab hoc inſtituto illaeſa ipſum retrahere conſcientia nulli poterant, neque Jacobus Praepoſiti, neque Joh. Timannus, ſive Soetemelck. Quamobrem propoſiti certus, expleto officii publici biennio, *ad diem Nov. XXIX.,* qui proximus a domi-

d. *Praefat. iu Lutheri Comm. in I. Joh. Ep.* e. *Chron. Brem. MSt. ad MDXXXII.* f. *Ep. III. apud Neumann. ſub calcem Comm. Luth. in I. Ep. Joh.* g. *Ad A. Chr. MDXXIII. §. XVII. p. 514. B.*

minica adventus prima erat, *Meldorpium* ſe contulit, clandeſtino tamen itinere, ne vulgi concitaret ſtrepitum, nec machinis adverſariorum interciperetur. Neque inviſus fuit religionis repurgatae fautoribus, ipſi praecipue Bojo, advena.

XXI. Altera adventus dominica, quamvis Torneborgo, illo Jacobitarum Priore, & Jo. Schneckio, & Petro Hanneno, & Mag. Gunthero, regionis ſcriba non infimae auctoritatis, quid? quod toto XLVIII. primatum collegio, contranitentibus, *primordia cepit concionandi,* ex evangelio ſimul & Rom. I, 9. commate. Addidit eodem die ſermonem alterum ex Rom. XV. verſu primo. Die Nicolai tertiam & quartam habuit concionem ex Luc. XIX, 12. ſqq., & Hebr. VII, 12. Has excipiebant ad VIII. Dec. diem, qui conceptae Mariae ſacer eſt, quinta & ſexta, ex Matthaei I, 1. ſqq. de luculentis promiſſis, quibus Deus ſpem patrum aluerat. * Verbis vix exprimo, quantopere auditoribus, concionum, quas intelligerent, inſvetis, divinum dicendi genus placuerit, & quam validas auribus ab ore ipſius pendentium catenas compedesque injecerit. Saltem nihil, miſſis etiam Heidam deputatis, reliquerunt intentatum, intentatum Zutphanio, quem conciliandae ſeditionis auctorem finxerant alii, exitium ut amolirentur. Verumenimvero Torneborgius, per monachos Lundenſes Franciſcanos, præſidibus loci, Petro Nanno, Petro Svino & Nicolao Rodeno, hanc inculcabat ſententiam, aut Zutphanium e medio tollendum eſſe, aut, interjecto exigui temporis intervallo, cultum Mariae non minus, quam reliquorum ſanctorum, una cum duobus monaſteriis, everſum iri. *Dignus* ergo *flammis ultricibus* judicabatur nondum etiam auditus, nedum convictus. Ut autem nefario parricidio ſe inquinarent excuſatius, in facinoris perpetrandi ſocietatem, Nanno & M. Gunthero conciliatoribus, pertrahebant aliquot locorum vicinorum praefectos, quorum nomina, aeque ac Heroſtrati, oblivione conterenda & delenda, paulo aliter Lutherus, ac chronographi Dithmarſici, percenſuit. Hi, nulla interpoſita mora, ipſo *conceptionis Mariae feſto,* in Guntheri aedes congregati, quingentis colonis id dederunt mandati, ut, die

 ſub-

* *Luth. T. III. Alt. p. 37. b. & 38. a.*

ſubſequenti, Hemmingſtedae, ad pulſum veſpertinum, in unum coirent. Quibusdam, a ſcelere tanto, quamprimum aperiebatur, valde abhorrentibus, calcaria addebant & praefectorum comminationes, & Hamburgenſis cereviſia, qua de medio die poti erant largiſſime.

XXII. Quam, nocte fere concubia, Meldorpii, quo temulenti pervenerant hi maleferiati, exercuerint tyrannidem; Quantis cum ovationibus Zutphanium, e lecto protractum, plagis oneratum, manusque poſt terga revinctum, Hemmingſtedam, eademque nocte Heidam, pertraxerint; Quot eum exceperint contumeliis, & quam contumelioſe, in ipſum, cauſſas ſui adventus dextre ac perhumaniter expoſiturũ, illuſerint; Quanto cum furore circa horam XI. Dec. octavam denuo ipſum igni addixerint; Quanta cum audacia Schöterus Maas, cum Zutphanius ad ingentem pyram, in monte monachornm ſtructam, delaſſatus conſediſſet, nomine Bremenſis Epiſcopi, igneae mortis pronuntiaverit ſententiam; Quam prudenter Henricus, quem dico, mulierum, fata ipſius lamentantium, abſterſerit lacrymas, & ſupplices pro homicidis truculentiſſimis ad Deum fuderit preces; Quam parum Jungii vidua, Wiba, Johannis Petri Nanni filia, ſuis profecerit interceſſionibus; Quantopere toties incenſus ignis, horrendum iſtud facinus veluti deteſtatus, in convaleſcentes ſurgere flammas renuerit; Quomodo Zutphanius ſcalae jamtum arctiſſimis vinculis alligatus, & in ignem jamjam abjiciendus, recitato fidei ſymbolo, animum de martyrii corona optime ſperantem erexerit, quendam vero colaphos etiamnum infringentem, alium pectus calcibus maligne prementem, alium ſubrecta cuſpide corpus ipſius confodientem, alium clava, aut ſecuri militari, tenero pectori mortiferos ictus infligentem, ſuſtinuerit absque murmure; Quo pacto ad extremum defuncto manus ſint abſciſſae, amputati pedes, avulſumque humeris caput, ut novo igne concremarentur, &, quod de trunco ſupererat, ſummo|cum tripudio & opprobrio maximo, ſepulcro illatum ſit; Haec ſingula malim, ex integra *martyrii hiſtoria,* quam, a Dithmarſicis fide digniſſimis acceptam, *Lutherus* typis excudendam curavit, h. nec non e

*Chro-*

h. *Tom. III. Jen. Germ. f.* 30. - 35. *Breviorem Lutheri epiſtolam latinam de*

*Chronica Brem. MSta*, eo fine ſub hujus diſſertationis calcem conſpicua, hauriri, quam verbis meis, nimium prolixe ſingulas περιστάσεις expreſſuris, ediſſeri.

XXIII. Sua igitur veritate omnibus ſe commendat Lutheri aſſertum: Hinrich von Sůdphen/ Evang. Prediger zu Bremen/ iſt nicht mit einem Feuer/ oder einer Art des Todes/ durch die Dithmarſiſchen Beſtien getódtet worden. i. Neque fides deroganda eſt, vel Davidi Chytraeo, affirmanti, vaſrum & impium Archiepiſcopi officialem crudeli ſupplicio Zutphanienſem Heidae per Dithmarſos affeciſſe: k. vel Phil. Melanchthoni, teſtanti, quod Brem. Epiſcopi miniſtri Zutphanium interfici crudeliſſime curaverint. l. At quae Lutherus de ſanguine Zutphanii, ad coelum clamaturo, his verbis praedixit: Das Blut Henrici Zutphanienſis/ in Dietmaren vergoſſen/ ſchweiget nicht/ m. magno ſuo damno experti ſunt Dithmarſi, *eodem illo, ubi Zutphanius crematus erat, loco*, A. MDLIX, in famoſo illo bello Dithmarſico, a Regio Frider. II., & Ducali Jo. & Adolphi, exercitu *ad internecionem caeſi*, facta hoc pacto omnimoda avitae libertatis jactura. n. Nolim tamen omnes Dithmarſos, ſuis etiamnum, quando Zutphanio mors erat obeunda, legibus viventes, o. eodem habere loco. Etenim quidam ſuam erga comburendum συμπάθειαν lacrymis ſunt teſtati, alii precibus pro ipſius vita contenderunt, nonnulli rei gerendae prorſus fuerunt inſcii, nec in conſilium vocati, neque defuerunt, qui ſcelus parricidii a ſuis commiſſum dolerent plurimum, teſte Luthero: Vielen iſt bereit leid/ ſolch Mord unter ihnen begangen. p.

XXIV. Deſino autem admirari *Bzovium*, qui, nimio partium ſtudio diſtractus, *cauſſam parricidarum perorat*,

 Zut-

*de argumento eodem ex* T. *VII. W. L. f.* 492. *ſqq. item* L. *II. Epp. p.* 252. *ſqq. exhibet* Seckendorff. *de Luther. L. I. S. LXI.* §. *CLXIX. p.* 295. i. *Tom. IX. Alt. p.* 1032. *b.* k. *Chron. Sax.* P. *I.* L. *VII. ad A. MDXXIII. p.* 623. l. *in Dan. XI. T. II. Opp. p.* 506. m. *Expl. Gen.* IV. *T. IX. Altenb. p.* 138. *b.* n. *D. Kortholt H. Eccl. Sec. XVI. Sect. II.* §. *XXXI. p.* 741. *Seckend. de Lutheran.* L. *I. S. LVII.* §. *CXLIX. p.* 268. *b.* o. *Seckend. l. c. L. III. Sect. LXXV.* §. *XIII. p.* 243. *a. f.* p. *T. III. J. G. f.* 28. *b.*

Zutphanium vero voti fracti, perjurii atque perfidiae, poenas juſto Dei judicio dediſſe, conatu prorſus temerario, affirmat. q. *Cochlaeum* itidem non puduiſſe, crudelia illa ſupplicia, quae Zutphanius, religionis cauſſa, paſſus eſt, defendere, memoriae prodit Seckendorffius. r. Pari zelo pro Dei gloria & veritate, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, tribuendas cenſeo *tot teſtium veritatis*, ſub reformationis initium, *ad rogum condemnationes.* Mentionem fecit Lutherus quatuor, paulo ante Zutphanium, in favillas redactorum: Johannis & Henrici, Bruxellis, s. Caſparis Tauberi, Viennae, & Georgii cujusdam, bibliopolae, in Hungaria. Addit hiſce quintum, Pragae ideo combuſtum, quod impurae caſtitatis ordinem cum matrimonio caſtiſſimo commutaſſet. t. Accenſet iisdem Leonhardum Keyſer, u. a Bavaris, & D. Antonium Bari, a civibus ſuis, Britannis, in flammas conjectum. x. Neminem praeterea celare voluit Bzovius, A. MDXXIV. XII. Jan., Joh. Caſtellanum, Theol. Doctorem, haereſeos, quam ita nominare viſum fuit, cauſſa, in Lotharingia exuſtum eſſe. y. Neque mitiora manebant fata Adolphum Clarebachium, deſideratum a Meldorpienſibus Zutphanii ſucceſſorem, A. MDXXIX. m. Sept., a Colonienſibus ad pyram condemnatum, id quod fide actorum firmat D. Henr. Muhlius. z. *Vivicomburii* autem poenam, veneficis alioquin & Sodomitici peccati reis propriam, haereticis, quos ſic vocare amant, irrogare, Pontificiis, quorum ollae flammis purgatorii fervent, hac potiſſimum de cauſſa ſolenne fuit, ut neminem fugeret, animas haereſi infectorum igni inextinguibili adjudicatum iri. Verumenimvero ſicut exaltantur coeli a terra: Sic Dei cogitationes cogitationibus Papaeorum ſunt altiores, a. dum e teſtium ſuorum cineribus copioſam excitat propagandi evangelii ſementem.

XXV. Hoc ſupereſt unum, ut, promiſſis facturus ſatis,

*Chro-*

q. *Ad A. C. MDXXIV.* §. *XXX. p.* 536. r. *l. c. L. I. S. LXIII.* §. *CLXXXIII. p.* 316. *a.* s. *Luth. V. Alt. p.* 1032. *b. & T. II. p.* 352. *ſq.* t. *T. III. Alt. p.* 32. *b. add. Bzov. ad A. C. MDXXIII.* §. *XI. p.* 491. *& ad A. MDXXIV.* §. *XXX. p.* 536. u. *T. III. Alt. p.* 780. *ſq.* x. *T. IX. Alt. p.* 138. *b.* y. *Ad A. C. MDXXIV.* §. *XXXI. p.* 537. *b.* z. *Diſſertatt. Hiſtor. Theol. p.* 396. a. *Jeſ. LV,* 9.

*Chronicon Bremenſe MStum* bona fide ſubjungam, & ea quidem, qua conſignatum eſt, dialecto, ne quid detrimenti hiſtoriae capiat fides ex dubitatione de accurata interpretis induſtria. Quotquot vero ſuperiorem Saxoniam ornant eruditi ſenſum vocum ipſis barbararum facili negotio fuerint conſecuti, ſi non intellecta contendant cum *hiſtoria martyrii Zutphaniani, quam Lutherus,* lingua ipſis familiariori, *deſcripſit.* b. Quodſi levem quandam ex hac collatione *diſcrepantiam nominum* propriorum adverterint, ea Luthero non ſatis fuiſſe nota, atque hinc e Dithmarſorum chronicis emendanda, recogitaverint.

b. *Tom. III. Altenb.* p. 32.-40.

## Wo Broeder Hinrich in Detthmarſchen verbrannt is.

ANno 1524. do Gott de Allmechtige wolde/ dat de fraeme Man/ Broeder Hinrich/ de Waerheit/ ſo he gelehret/ mit ſinem Bloede betuegen ſcholde/ do ſande He ehme under de Moerders/ de he daertoh bereidet hadde/ wente hett begafft ſiek/ datt He geeſchet wurd van Nicolao Boyen, Paſtoeren toh Meeldorp / in Dettmarſchen/ und anderen fraemen Chriſten deßulſiegen Carßpels / ehnen datt word Gades toh prediegen/ und ſe uht des Antichriſtus gewald toh bringende/ do ſehde He ehnen toh/ He wolde kahmen/ und foddeꝛde/ up S. Catarinen afent/ Seß fraeme Luede toh ſieck/ und heelt ehme de eſchunge vor/ und gedachte daerheme toh tehende/ na dem He ſchuldich wehre ehnem Jederen/ de hett begehrede/ datt word Gades toh verkundiegende/ und wolde aldaer Gaedes wohrt lehren/ begehrde hüerup ehrem Rath hierinne/ wo He daerhen queme/ datt hett de gemene Man nicht wieß wurde / und ſiene Reiſe verhinderde/ do batt Ehme Efert Speckhaene/ Johann Hilmers und de anderen/ ſehr flietich/ dat He by ehnen bliefen wolde/ wente he ſege woll/ datt de gemene Man noch ſchwack im geloefen wehren/ daertoh wehren de Dettmarſchen boeſe Boefen / und ſchedlicke Luede. He antworddede/ He wolde daer ehn fundament uprichten / und alſ-

den

den wedder toh Bremen kahmen/ darup heelden ſe noch hart an/ He ſcholde bliefen/ He ſege woll/ wo ehme nahgetrachtet wurde/ und wehre Dettmarſchen ehn apent Land/ dar hedde he nene Beſchuttunge/ He mochte um Lief und Leſent kahmen/ darmehde wehre dem gemenen Man nichtes gehulpen/ ſe wurden ſiener daegliekes groet entbehren. He antwordede wedder/ hett wehre de rechte wech nich/ datt he hier to Bremen ſete/ und hedde guede daege/ und lehte andere Luede an der Seelen noth lieden/ He moſte hen/ daer datt Kruetze wehre/ und in dehme Chriſto ſienen Heeren nafolgen/ gunte ehme Gott datt Leſent/ ſo wolde He wedder toh Bremen kahmen/ hedde het aferſt de Heere anders mit ehme uhtverſehen/ ſo wehre he daer ock woll mit to freden.

Toh dißer Reiſe ſpreken ehme ock Heer Johann Soetemelck van Amſterdam, und Heer Jacob Prauweſt, beide Predigers/ de neulich toh Bremen gekahmen wehren.

Daerna up den Mandach in der Erſten wecken am afent/ toch Broeder Hinrich midden dorch datt Stifft Bremen in Dittmarſchen nah Meldorp/ daer he mit groten Frauden van den Paſtoeren/ und anderen fraemen Chriſten/ entfangen wurd/ wo wol he daer noch nicht geprediget hadde/ ſo wurd doch de Duefel ſtrax toernich in ſinen Ledematen / und erweckede inſonderheit Auguſtinum Torneborg, Prior des Schwarten Kloſters/ de men noemet Jacobiten/ offte Prediger Broeder/ welck Kloſter diſſer ſulben tiet by kunden Neu gebauwet/ aferſt noch nich rehde waß/ unde hierna deſtrueret wurd/ de leep van ſtunden an nah ſienem Mittgeſellen/ Magiſter Johannes Schnittker, des officiales van Hamborg vicarien offte commiſſarien/ und gaff ehme ſolckes toh erkennen/ de heelden ehnen Raht/ watt ſe doen wolden / daermit ſe by ehren bleſen / rathſchlageden hen und wedder. To leſt beſchloeten ſe/ datt ſe mit allen Dingen vorkahmen moſten / datt he nicht Predigde / wente ſe ſeegen woll wo het toh Bremen wehre toegegaen. Hierup toch de Prior frohe Morgens/ (dewiele he van groten ſorgen de gantze nacht nicht ſchlepe) na der Heide/ up den Sonnabent/ vor dem anderen ſondage/ des afents/ und beklageden ſiek vor de acht und veertich Regenten des Landes/ ganß hochlich/ wo de Mönnick van Bremen gekahmen wehre/ gantz Dettmarſchen toh verfoerende/ gelieck alſe he de van Bremen gedaen hadde.

He

He hadde ock toh Hulpe Meiſter Gunther/ ehnen dicken fetten Man/ des gantzen Landes Secretarien, und Peter Nannen, beyde grote feinde des Wordes Gades/ dieße twee hulpen den Prior mit allem fliete / und heelden den 48 Mennen ungelehrden Lueden / und eentfoldig voer / welck ehn groet loff ſe in den Nedderlanden und by dem Biſchup van Bremen verdenen wurden / wo ſe dißen Ketteriſchen Monnick ummebrachten und doededen/ entlich brachte de Prior, ehn mandat uht / van den 48. Regenten an dem Paſtoeren toh Meeldorp/ datt he dem Monnick verjagen ſcholde/ eher he predigde/ by der hoegeſten ſtrafe nah des Landes gewaenheit.

Alſe de Paſtoer laß/ antwordede he/ datt de 48. Regenten der Kercken ſich bekummerden/ dewiele ehn jeder Carſpel macht hefft/ nah ehrer olden gewaenheit ehnem Paſtoren antohnehmen nah ehrem gefallen.

Dißen bref wieſede de Paſtoer Broder Hinrich / und ſehde daerenbenebenſt/ watt des Landes wieſe und gewaenheit wehre. Darup antwordede Hinricus, dewiele He van dem gantzen Carßpel datt wohrt Gades ehnen tho lehrende beropen wehre/ ſo wolde he der beropinge nah kahmen/ ſo lange hett der gemene beleſede/ dan man moſte Gade mehr gehoerſaem ſien/ als den Minſchen/ wolde ehme Gott hebben/ datt He in Dettmarſchen ſterfen ſcholde/ de Hemmel wehre daer ſo nah/ als anders woer/ He moſte doch um Gades Wohrts willen ehnmahl ſien Bloet vergehten/ mit ſulcken Mode tratt He up des Sondages daerna/ und predigde uht dem erſten Capittel der Romeren/ den Sproecke/ teſtis eſt mihi Deus, und van dem Evangelium deſſulfiegen Daeges/ alß de Prediege uht waß/ do wurd de gantze Gemene des Carßpels toh Hope gefordert/ und ehnen ehnen Bref van den gedachten Prior averantwordet/ van den 48. Regenten des Landes/ datt ſe by Straeffe 1000. Rieniſch fl./ den Monniek nicht predigen laeten ſcholden/ und ſcholden daerenbeneſenſt ehre Geſandten mit Fullmacht tohr Heide ſchicken/ den daer wurde / umb groter Ohrſaeke willen/ datt gantze Land/ toh Hope kahmen. Alß ſe den Bref hoereden leſen/ wurden ſe gantz toernich/ datt wedder des Landes Gewaehnheit ehn ſolck Geboht geſchege/ und beſchloten ehndrechtiglich/ ſe wolden Broeder Hinrich vor ehnem Prediger beholden und beſchermen/ wente ſe wehren ganß entſticket wurden van der erſten Pre-

digt/ de ſe gehoeret hadden/ und des Nahmiddaeges dede he ock ehne Sermoen.

Up dem Maendach daerna ſanden de van Meeldorp ehre geſchickeden toh der Heide/ boden ſiek toh rechte vor jederman/ des gantzen Landes/ apenbahreten daerenbeneſenſt/ watt ehne Chriſtlieke Predigt ſe gehoeret hadden van Hinrico, daertoh ſchref de Paſtor an de 48. Regenten/ wo noch he/ noch Henricus der Menunge wehren/ uproer toh makende/ ſondern Gades Wohrt rein toh lehrende/ und berep ſiek/ He wolde mit Broder Hinrico jegen jederman toh rechte ſtaen. Diße Erbehdunge verachteden ſe/ und geſen daerup nehne Antworht/ ſondern de ehne ſehde ditt/ de ander datt/ tohm leſten antwordede Peter Dettlefes, ehner van den oldeſten/ wo wol groet Twedracht wehre im Lande des Geluſens halfen/ ſo wehre ehre Menunge/ ſolche Sacke beht toh ehnen tohkunfftiegen Concilio uptoſchueſen/ welckes kortliek ſcholde geſchehen. Watt den ehre guede Nahbahres geloeſeden/ datt ſulfiege gedachten ſe ock antohmende/ derhalfen ehn jeder to freden ſien ſcholde/ beth up dem negſtkaemenden Paeſchen. Mit ſolcker froelieken Antwort/ toegen de van Meeldorp wedder na Hueß.

Middeler Tiet arbeidede Broder Hinrich ſehr flietich mit prediegende/ alſo/ datt ſich de Luede verwunderden/ und danckeden Gott/ datt he ehnen ſulck ehnen Prediger gegeſen hadde.

Daertuſchen aferſt rauwede de *Prior*, und M. Johannes Schnitker nicht/ ſondern toegen mit D. Wilhelm Prediger Ordens toh Lunden/ in Dennemarcken toh den grauwen Monnecken/ daer ſe hulpe und Rath wolden ſoeken/ wo ſe ehrem Willen fullenden mochten/ alſobalden ſanden de grauwen Monnecken/ nah etlieken van den Regenten/ als mit Nahmen Peter Nannen, Peter Schvvien, und Clauvves Raden, und deden ehnen mit groter Klage kund/ wo de Ketter predigde/ und datt Folck verfoerede/ und wer ſe daer nicht bie Tieden tohſeegen/ ſo wurde Marien loff/ und ehre hilliege twe Kloſters/ to Grunde gaen/ do de armen unverſtåndigen Luede datt hoereden/ wurden ſe toernich/ heelden Raht/ und beſchloten/ datt men Broder Hinrich in der Nacht moſte fangen/ und fohrt verbrennen/ ehr hett datt Land wieß wurde/ und He to Wohrde queme/ up ſolchen Raht wolde Peter Nannen, alß ehn ſonderliek grot Frund des Priores, den Danck verdehnen/ und toch toh ſick etlieke Ammirals uht andern Dorpen/ mit Hulpe und Raht Meiſter Gunters/ des Secretarii, als noemlichen *Peter* Schvviens Sohnes toh Lunden Johann Hulm, Laurens Hoorneman Baſteel, Johan Preeu, Clauvves van Weſlingbueren, Ambroſius, Johan Wockenhueſen, Marquart Kremer toh Harſtede, Lueder und Johan tho Henningſthede, diße alle mit ehrem Hulperen/ wurden gefordert in Neienkerken, und quemen in Meiſter Gunters/ des Secretarii, Hueß toh ſaemende/ und beſchededen ſiek toh Hoepe den anderen Dach nah conceptionis Mariae, toh Henningſtehde, ehne halſe Miele van Meeldorp/ und belehden mit Fliete de Straeten/ van Meldorp/ up datt ſe nemand warnede. Daer quemen toh ſaemende 500. Bueren/ aferſt nemand wuſte de Ohrſacke/ ahne de Hoeſetluede/ als ehnen nun de Ohrſaeke ehrer Verſamblunge wurd entdecket/ do wolden ſe torugge tehen/ und ſolcke boeſe Daet nicht begaen/ do gebohden ehnen de Hoeſetluede/ by Lieſe und goet/ vort toh tehende/ ſe hedden ock den Bueren in der Nacht

dre

dre Tonnen Hamborger Behrs toh forne gegeſen/ dat ſe deſto drieſter ſcholden wehren/ alſo toegen ſe fohrt/ und quemen toh Middernacht umme twolf Uhren toh Meldorp/ de Predieger Monneken geſen ehme Licht und Fackel/ datt ſe ſehen konden/ datt Broder Hinrich nicht entleep/ ſe hedden ock enen Vorrehder by ſiek/ mit Nahmen Hans Henninges, de alle Dinck vorraden hadde/ alſo fellen ſe in datt Fleck/ toh ſchlogen allens/ watt daer waß/ Kannen/ Kettel/ Potte/ Kleeder/ watt ſe aferſt funden van Sulfer/ und Golde/ datt nehmen ſe mit/ fellen ock toh dem Paſtoren in mit Gewald/ hauwen/ ſteeken unde ſchreieden: Schlae doet/ ſchlae doet/ ehn dehl ſtodden ehme nacket up de Stracten in den Dreck/ und nehmen ehme gefangen/ he ſcholde mehde gaen/ de anderen repen/ men ſcholde ehm gaen laeten/ ſe hadden neen Befehl ehme to fangende/ darna fellen ſe toh Broder Hinrich in/ toegen ehme naket uht dem Bedde/ ſchloegen und ſteeken ehme/ und bunden ehme de Hende up dem Rugge/ und handelden met ehme alſo/ datt ock Peter Nannen, de ſuß ſien grote hetiſche Feind waß/ toh Mitlieden bewaegen wurd/ und ſehde/ datt men ehme gaen leht/ He wolle doch woll folgen/ ſe befohlen Johan Balcken toh Leiden/ de ehme mehr ſchlepede/ als leidede/ als ſe toh Henningſtehde quemen/ frageden ſe ehme/ wo He int Land gekahmen wehre/ und watt He daer ſochte/ daerup antwordede He frundliek mit der Waerheit/ und gaf ehnen guet beſcheet/ datt ſe ock bewagen wurden/ und repen/ men weg mit ehme/ ſonſt wehre wie ock Ketters/ mit ehme/ alß ſe nun fort wolden/ begehrde He/ datt men ehme up ehn Pert ſetten wolde/ den He waß ſehr moede/ und ſiene Foete wehren ehme ſehr verwundet/ darumme/ datt He in dem Froſte/ und Iſe und Water/ de gantze Nacht getrecket waß.

Alß ſe datt hoereden/ beſpotteden ſiener/ und lacheden ſiener/ und ſehden/ offt men den Ketters ock Perde holden ſcholde/ He moſte doch woll gaen und loepen/ ſchlepeden ehme alſo de gantze Nacht dorch wente thor Heide/ daer ſetteden ſe ehme in des Paſtores Keller/ des Morgens um acht Uhren gingen ſe toh Radeh/ doh repen de drunckenen Bueren/ tohm Fuere mit ehme/ ſo wehre wie hueden vor Gott und dem Lueden ehre kriegen/ alſo wurd he geordehlet und tohm Fuere gefoeret/ daerna ward uhtgeropen / alle de Jene/ de ehme helpen fangen/ de ſchoelen mit ehrer Wehre mehde tohm Fuere henuht tehen/ alſo foereden ſe ehme mit groten Geſchrey tohm Fuere henuht/ alſe ditt geſchach/ ſtund Peter Nannen Süſter in ehrer Döhren/ und begünde bitterlich toh wehnende/ alſe ſe ditt Elende ſach / do ſehde Broder Hinrich: Leſe Frauwe wehnet nich afer my.

Als He nun an de Stehde quam/ daer dat Fuer waß/ ſatt He van groter Mattichkeit/ nedder/ do quam de Vaget Maes/ dorch Geld daerto gekofft/ und ſprack de Sententien und Ordell afer Broeder Hinrich.

Do trat herfor Peter Nannen Süſter/ de waß Klauwes Jungen Frawe/ waenhafftig toh Meeldorp/ und erboht ſich/ man ſcholde ſe ſtupen/ up datt ehr Tohren gebott wurde/ daertoh wolde ſe 1000. Gulden geſen/ datt men Broeder Hinrich wedder inſettede/ beht upt dem negeſten Maendach/ datt He van dem gantzen Lande verhoeret wurde/ und den verbrannen/ wo ſe ſchuld an ehme funden. Do ſe datt hoereden/ wurden ſe raſent und toernich/ ſchlogen de Frauwen toh der Er-

Erden/ ſtodden ſe mit Focken/ und ſchlogen mechtig up Broder Hinrich/ehner ſchlog ehme mit ehnen Stoetdegen in der Bregen Pannen/ Johann Holm van Neuenkarcken ſchloeg ehme mit ehnen Fueſthaemer/ de andern ſteken ehme in der Sieden/ in dem Rugge/ in dem Armen/ woer ſe ehme andropen/ und verwunddeden ehme alſo jemmerlicken.

Daerna brachte Meiſter Gunter ehnen grauen Monniek toh ehme/ und batt ehme datt He bichten ſcholde/ toh den ſulfiegen ſehde Broder Hinrich: Hebbe ick die ock watt tho lehde gedaen/ offte jemals vertoernet/ de Monniek ſprack: Neen/ do ſehde Hinricus, watt ſchall ick die den bichten/ datt du mie vergeſen ſcholdeſt.

Do ſchemede ſick de Monniek/ und tratt toh rugge/ datt fuer aferſt wolde nicht branden/ ſo faken ſe het ock anſtickeden/ nicht toh min oeſeden ſe ehren mohtwillen an Hinrico, ſchlogen ehme mit Hellebaerden und Speeten/ datt vertoch ſiek woll twe Stunde lang/ in welcher Tiet He naket vor dem Fuere ſtund in den Hemde/ mit upgehafenen Ogen in den Hemmeln/ tohm leſten kregen ſe ehn grote Ledder/ daer bunden ſe ehme hart up/ datt ſe ehme daermehde in datt Fuer wurpen. Do hoff Broder Hinrich an/ ſienen Geloſen toh ſpreckende/ do ſchlog ehm ehner mit ehnen Fueſthaemer up den Munt/ und ſprak toh ehme: He ſcholte erſt brennen/ daerna mochte He leſen/ watt He wolde/ do tratt ehner mit dem Foete up ſiener Bruſt/ und band ehme alſo ſehr mit dem Stappen an ſienen Halß/ datt ehme datt Bloet tohr Neſen und Munde uhtſpranck/ up datt He erſticken ſcholde/ wente He ſach woll/ datt He van ſo fehle Wunden nicht ſterfen konde/ daerna richteten ſe de Ledderen up/ do ſettede ehner an de Ledderen ſiene Hellebaerden/ und woldede/ de uprichten helpen/ wente ſe hadden nenen Boedel/ des gled de Ledderen van der Hellebahrden aff/ und ſtack dem hilligen Marteler mitten dorch/ und wurpen ehme alſo up datt Holt/ afers de Ledder ſprang wedder uht dem Fuere thor Sieden aff/ to leep Johan Holm toh/ und ſchloeg ehme mit den Fueſthaemer ſo lange up de Bruſt/ datt He ſterf/ und bradeden ehme alſo up de Koelen/ wente datt Holt wolde nicht brennen/ alſo handelden ſe Broder Hinrich umb der Waerheit willen/ geliek alſe de Joeden unſen leſen Heren Gott handelden/ und als de Meiſter vorging/ ſo moſten ſiene Dehners nafolgen/ datt lof aferſt datt de Dettmarſchen daerfan hadden/ datt waß/ datt men ſe hierna lange Tied/ Monneke Schmoeckers nöhmede/ und ſint afer negen und dartich jahr hierna up dißer ſulfiegen ſtehde/ hierna by Hopen ock Dapper wedder geſchlaegen/ up dißer Stehde/ daer Broeder Hinrich verbrand wurd/ wolde lange Tiet neen Graß wedder waſſen. Hiſce praemiſiſſem, vel ſubjunxiſſem, ex ejusdem Johannis Renneri Chronicae Bremenſis parte ſecunda, hiſtoriam de Zutphanii adventu, & in Reſp. Bremenſi fatis, quae percenſentur ſub rubrica: **Wo Gades Wort erſt tho Bremen rein tho predigen angefangen worden;** niſi totum hunc articulum jamtum A. MDCXXX, 4. typis exſcriptum, in S. Caeſareae Majeſtatis edicto de VI. Mart. MDXXIX., etliche den Religionfrieden/ ſonderlich die Reſtitution eingezogener geiſtlichen Güter betreffender Puncten halber/ p. 95. ſqq. deprachendiſſem.

S. D. G.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0031-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0032-6

155 186

ULB Halle
003 488 322
3

56

AB 155186

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0034-8

לקט אחר הקציר

i. e.

# SPICILEGIUM POST MESSEM

ἱστορουμένων

# DE HENRICO ZUTPHANIO,

primo, ante hos ducentos annos,

Reip. Bremenſis evangeliſta,

dein martyre Dithmarſico,

*HAC DISPUTATIONE JUBILAEA,*

ſub praeſidio venerandi ſui genitoris,

D. GERHARDI MEIERI, primarii ad aedem Cathedralem Paſtoris,

hujus vicinarumque Superintendentis, Scholarchae,

nec non Conſiliarii Eccleſiaſtici, per Bremenſ. & Verdenſ. Ducatus, Senioris,

in Regio, quod Bremam ornat, Athaeneo,

*AD DIEM XXIII. APRILIS,*

qui GEORGIO ſacer eſt,

*HORIS A SECUNDA POMERIDIANIS,*

inſtituet

filiorum ſuperſtitum natu maximus,

HENRICUS GERHARDI MEJER,

auctor & reſponſurus.

---

BREMAE, typis Hermanni Braueri, Reipubl. Typogr.

Anno:

SaCra BreMae repVrgata ſVos HenrICo ZVtphanIo Debent ortVs.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-790947-p0035-3